

Alte Drucke

**EPISTO||LA PAVLI || AD EPHESIOS, INTER||PRETE ERASMO
RO||terodamo, vna cum || cõcordantijs ||**

Erasmus, Desiderius

Leipzig, 1522

VD16 ZV 27174

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149006



ΕΠΙΣΤΟ
ΛΑ ΠΑΥΛΙ
ΑΔ ΕΦΗΣΙΟΣ, ΙΝΤΕΡ
ΠΡΕΤΕ ΕΡΑΣΜΟ ΡΟ
τεροδαμο, vna cum
cōcordantijs

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS AR-
gumentum per Erasmus Roterodamū.

Ephesus metropolis quondam erat Asiae mino-
ris, ciuitas superstitiosē dedita cultui daemonum
& praecipue Dianae: vnde & in Actis Dianae
θεωκόρος dicitur: non illius vcnatricis, cui Poetae sagittas
& arma tribuunt: sed mul. imammiae, quam Graeci πολυ-
μασον appellant, quam volebant omnium animantium esse
nutricem: vt indicauit Hieronymus. Nā de templo Ephe-
siae Dianae, toto orbe celebratissimo, passim etiam ethnici
meminere scriptores. Hos curiosarum artium tenebat stu-
dium. Vnde legimus, ad praedicationem apostolorum ma-
gicos libros ab eis comportatos, igni traditos fuisse: et sup-
putato precio, comper.ū fuisse quinquagies mille nummū
argenti: sicuti refert in Actis capite decimonono. Vt igitur
a tantis erroribus illos abduceret, triennium apud illos e-
git, nihil interim non faciens, quod ad illorū salutē facie-
bat, magno studio reclamantibus & obstrepentibus multis, si-
cut ipse testat alicubi: vbi et bestiis obiect⁹ est, quemadmodū
ipse testat in secūda ad Corinthios epistola. Ac discedēs, Ti-
motheū apud eos remanere iussit. Abūdabat at ea ciuitas,
vt curiosis, et magiē deditis, ita doctissimis viris: vñ Pau-
l⁹, vt ad oim mores et ingenia sese attēperat, de demonib⁹
ac spiritib⁹ crebro meminit, bonorū ac malorū differētiā in-
dicās. Ad hęc retrusa quēdā apit. Nec enī est vlla eplā, quē

ARG. IN EPIST. AD EPHESIOS

tã abditos habeat sensus. vt ob hãc potissimũ Petr⁹ scripsit
 se videatur: sicut et charissimus frater noster Paul⁹ secũdũ
 datã sibi sapientiã scripsit vobis, sicut in omnibus epistolis
 loquẽs in eis de his, in quib⁹ sũt quedã difficilia intellectu
 quæ indocti & instabiles deprauãt, sicut & ceteras scriptu
 ras ad suã ipsorũ perditionẽ. Hos igitur, quoniã in fide p
 stiterant, hortat vt pergãt, & ad perfectionẽ proficiant, cõ
 monefaciens cuiusmodi fuerint, cũ vitij addicti seruirent
 impijs spiritib⁹, & q̃les nũc facti sint, insiti Christo: docẽs
 interim euangelij gratiã cõsilio diuino, licet Iudeis p̃mise
 ram, in gentes quoq; recte propagatã, & hui⁹ muneris se
 ministrũ a deo cõstitutũ. Quoniam autem scripsit e carce
 re, hortat ne deiciant anĩo, ob ip̃ius afflictiones, vñ eas
 potius sibi gloriæ ducãt. Hec agit capite primo, et secũdo,
 In cæteris tribus vitæ formã illis præscribit, demõstrãs qd
 sequendũ, quid fugiendũ: quæ officia maritorũ in vxores,
 vxorũ in maritos: quæ parentũ in liberos, liberorũ in pa
 rentes: quæ dominorum in seruos, seruatorum in dominos,
 Scripta est epistola ab vrbe Rhoma per Tychicum diaco
 num: cuius meminit in calce fidelem ministrum eum vo
 cans, Ambrosius addit scriptam e carcere, cum Hierosoly
 limis Rhomam deductus sub fideiussore degeret extra ca
 stra in suo conducto .:

Argumenti Finis.

A ij

AD EPHESIOS EPISTOLA.

AVLVVS apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, sanctis, qui agunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali in coelestibus Christo. Quemadmodum elegit nos in ipso, antequam iacerentur fundamenta mundi: ut essemus sancti & irreprehensibiles coram illo per charitatem, quam predestinavit nos, ut adoptaret in filios per Iesum Christum, in sese, iuxta beneplacitum voluntatis sue, ut laudetur gloria gratiae suae, qua charos reddidit nos per dilectum: per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, iuxta diuitias gratiae suae, de qua ubertim nobis impartiuit, in omni sapientia & prudentia, patefacto nobis arcano voluntatis suae, iuxta beneplacitum suum, quod proposuerat in se ipso, usque ad dispensationem plenitudinis temporum: ut summam instauraret omnia per Christum & quae in coelis sunt & quae in terra per eundem, per quem & in sorte asciti sumus, predestinati secundum propositum ipsius, cuius fiunt vniuersa, iuxta decretum voluntatis ipsius: ut simus nos in laudem gloriae illius, qui priores sperauimus in Christo, in quo speramus & nos, audito verbo veritatis, euangelio salutis vestrae in quo etiam posteaquam credidistis, ob signati estis

2. Co. 1.
1. Pe. 1.

AD EPHESIOS.

spiritu pmissiōis sancto, qui est arrabo hæreditis nostræ,
in redemptionē acquisitæ possessiōis, in laudē gloriæ ipsius.
us. Quapropter & ego, cū audissem eā, quæ in vobis est fi-
dē in domino Iesu, & charitatē in omnes sanctos, non desi-
no gratias agere p vobis, mentionē vestri faciens in preci-
bus meis: vt deus dñi nostri Iesu Christi, pater gloriæ det
vobis spiritū sapientiæ & reuelatiōis, p agnitiōē sui, illu-
minatos oculos mentis v̄ræ: vt sciatis, quæ sit spes ad quā
ille vocauit, & quā opulēta gloria hereditatis illius in san-
ctis, & quæ sit excellēs magnitudo potētiae illius in nos, q
credim⁹ secundū efficaciam roboris fortitudinis eius, quam
exercuit in Christo, cū suscitaret eū ex mortuis, et sedere fe-
cit ad dexterā suā in coelestibus, supra omnē principatum,
ac potestatē, & virtutem, & dominiū, & omne nomē quod
nominat, non solū in seculo hoc, verumetiā in futuro, &
omnia subiecit sub pedes illi⁹, & eū, dedit caput super oīa
ipsi ecclesiæ, quæ est corp⁹ illius, cōplementū eius, qui om-
nia in om̄ibus adimplet.

CAP. II.

E T vos cū essetis mortui delictis ac peccatis, in qb⁹ alii
quādo ambulastis iuxta seculū mūdi hui⁹, iuxta prin-
cipē, cui potestas est aeris, qui est spirit⁹, nūc agens in filiis
cōtumacib⁹; inter quos & nos om̄es cōuersabamur aliquñ
in concupiscentijs carnis nostræ, faciētes quæ carni ac mē

Collof

EPISTOLA PAVLI

ti libebant: et eram⁹ natura filij iræ, quēadmodum & cæte
 ri, sed de⁹ qui diues est in misericordia, propter multā cha
 ritatē suā, qua dilexit nos, etiā cū essemus mortui per deli
 cta, conuiuificauit nos vna cū Christo (per gratiā estis ser
 uati) simulq; cū eo resuscitauit, & simul cū eo sedere fecit
 in cœlestes, in Chro Iesu: vt ostēderet in seculis supueniē
 tib⁹ eminentē opulentiā gratiæ suæ, benignitate erga nos p
 Christū Iesum. Gratia enī estis seruati per fidē, idq; nō ex
 vobis. Dei donū est, non ex operibus, ne quis gloriē: nā
 ipi⁹ sum⁹ opus cōditi in Chro Iesu ad opa bona, quæ præ
 parauit deus, vt in eis ambulare⁹. Quia ppter memēto
 te, quod vo quōdā gētes in carne, vocabamini pręputiū, ab
 ea quæ vocabat̃ circūcisio in carne, quę circūcisio manib⁹
 fit: qđ inquā eratis in tēpore illo, sine Christo: ab aliena
 republica Israelis & extranei a testamētis pmissiōis: spem
 nō habēts deoq; carētes in mūdo, Nunc autē per Chri
 stū Iesum vos, qui quondā eratis lōgīnqui, ppīnqui facti
 estis per sanguinē Christi. Ipse em̃ est pax nostra, qui fecit
 ex vtrisq; vnū, & interstitiū maceriæ diruit: simultatē p
 carnē suā, legē manda: orq; in decretis sitam abrogās, vt du
 os cōderet in semetipso in vnū nouum hominē, faciēns pa
 cē, et vt recōciliaret ambos in vno corpore deo per crucē,
 pempta inimicitia per eā: & veniēns euangelizauit pacem

AD EPHESIOS.

vobis, qui peulaberatis, & ijs qui prope, Quoniã autẽ p
illũ habemus aditũ vtriq; in vno spĩritu ad patrem. Iam igitur
nõ estis hospites & incolæ, sed cõciues sanctorũ ac do-
mestici dei: superstructi super fundamentũ apostolorũ ac
pphetarũ, summo angulari lapide ipso Iesu Chro: in quo
quæcũq; structura coagmentatẽ, ea crescit in templum san-
ctũ in domino: in quo & vos coedificamini in habi aculũ
dei per spiritum.

CAP. III.

h Vius rei gratia ego Paulus vincus sum Christi Iesu
p vobis gentibus: siquidẽ audistis dispensationẽ grẽ
dei, quæ data est mihi in vos, qd' secũdũ reuelationẽ notũ
mihi fecit mysteriũ, quẽadmodũ añ scripsi paucis. ex qb'
potestis legentes intelligere cognitionẽ meã in mysterio
Christi, qd' in alijs etatibus nõ innotuit filijs hominũ, quẽ
admodũ nũc reuelatũ est sanctis apostolis eius & pphetis
per spiritũ, vt sint gentes cohæredes, et eiusdẽ corporis, cõ-
sortesq; pmissiõis eius in Christo, p euangeliiũ, cuius fact' 1. Cor.
sum minister secundum donum gratiæ dei, quod datũ est 1r.
mihi secundũ efficacĩã potẽtiæ illius. Mihi minimo omnĩũ
sanctorũ data est gratia hæc, vt inter gentes euangelizẽ im-
perfectigabiles diuitias Christi, & in lucẽ proferam omĩb'
quæ sit cõmunio misterij, quod erat absconditũ a seculis in
deo, qui vnũuersa cõdidit per Iesum Christũ, vt notũ fiat

EPISTOLA PAULI

nūc principatibus ac potestatibus in cœlestib⁹ p̄ ecclesiam,
vehemēter variā sapientia dei, secundū p̄finitionē seculo-
rū quā fecit in Christo Iesu domino nostro: per quem habē-
mus audaciā & aditū cū fiducia, quæ est per fidē illius.
Quapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas p̄
vobis tolero, quæ est gloria vestra. Hui⁹ rei gr̄a flecto ge-
nua mea ad patrē domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis
a cōmūi patre cognatio in cœlis & in t̄ra nominat̄, vt det
vobis iuxta diuitias glorię suę, vt fortitudinē corroborēmī
nī per sp̄ritū suū, in internū hominē, vt inhabitet Christus
per fidē in cordib⁹ v̄ris, fixis in charitate radicibus, et fun-
damēto iacto, vt valeatis allequi cū omib⁹ sanctis, quæ sit
latitudo, et lōgitudō, & p̄funditas, et sublimitas: cognosce-
re q̄ p̄eminentē cognitiōis dilectionē Christi, vt implea-
mini in omnē plenitudinē dei. Ei x̄o qui potest cumulate
facere vltra oīa, quæ petimus, aut cogitam⁹, iuxta vim agē-
tē in nobis, sit gl̄ia in ecclesia p̄ Christū Iesum, in oēs ætas
tes seculi seculorū. Amen.

CAP. III.

h Ortō itaq; vos ego vincit⁹ in dño, vt ambuletis, ita
vt dignū est vocatiōe, qua vocati estis, cū omni sube-
missiōe ac mansuetudine, cū anī lenitate: tolerātes vos in-
uicē per charitatē, studentes seruare vnitatē sp̄rit⁹, p̄ vin-
culū pacis. Vnū corpus & vnus sp̄ritus quēadmodū &

2. Co. 7

Ro. 12.

AD EPHESIOS.

vocati estis in vna spe vocatiōis vestræ. Vnus dñs, vna fi-
 des, vnū baptisma, vnus de⁹ & pater oīm, q est super oīa,
 & p oīa et in oīmib⁹ vobis. Verū vnicuiq; nostræ data est 2. Cor.
 gratia iuxta mensurā donationis Christi. Quia ppter dicit: 10.
Psal.
 Cū ascendisset in altū, captiuā duxit captiuitatem, & dedit 67.
 dona hominibus, Cæterū illud ascēdit, quid est, nisi quod Io. 3,
 etiā descenderat prius in infimas ptes terrę. Qui descēdit, 2. Cor.
12.
 idē ille est, qui etiā ascendit supra omes cœlos, vt impleret
 oīa. Et idē dedit, alios quidē apostolos, alios vero pphe-
 tas, alios autē euāgelistas, alios autē pastores ac doctores,
 ad instauratiōē sanctorū in opus administrationis, in edi-
 ficatiōē corporis Christi, donec perueniam⁹ oēs in vni-
 tatē fidei & agnitiōis filiī dei, in virū perfectū, in mensurā
 etatis plene adultę Christi, vt nō amplius simus pueri, qui
 fluctuem⁹ & circūferamur quouis v̄eto doctrinę, p versu-
 tiā hominū, per astutiam, qua nos adoriuntur, vt imponāt
 nobis: sed veritatē sectantes in charitate, adoleſcam⁹ in illū
 per oīa, qui est caput, nēpe Christus: in quo totū corp⁹,
 si coagmentet⁹, & cōpingat⁹ per omnē cōmissurā submi-
 nistratiōis, iuxta actū in mēſura vniuscuiusq; partis, incre-
 mentū corporis facit, in ædificatiōē suiꝑſius per charita-
 tē. Hoc itaq; dico, et testor p dominū, ne posthac ambule-
 tis, quēadmodū & reliquæ gentes ambulāt in vanitate mē-

Ro. 1.

B

EPISTOLA PAULI,

tis suæ: idū mentē habēt obtenebratā, ab alienatā a vita dei,
 ppter ignorantīā quæ est in illis, & excæcationem cordis
 eorū, qui posteaquā puerūt eo vt dolare desierūt, semet
 ipsos dediderūt lasciuiæ, ad patrandū immūditā omnem
 cū auiditate. Vos autē non sic didicistis Christū: siquidem
 illū audistis, & in eo docti fuistis, quēadmodū est veritas
 in Iesu, deponere iuxta priorē conuersationē veterē homi
 nē, qui corrumpit iuxta cōcupiscentias erroris; renouari
 vō spiritu mētis vestræ, & induere nouū hominē, q iuxta
 deū cōditus est per iustitiā, & sanctitatem veritatis. Quas
 propter deposito inēdacio, loquamini veritatē quisq; pxi
 mo suo, quoniā sum⁹ inuicē mēbra. Irascimini, & nō pec
 cetis, sol ne occidat sup irā vestrā, neq; detis locū calumni
 atori. Qui furabatur, non amplius fure: magis autē labore
 operando manib⁹ quod bonū est, vt possit impartiri ei qui
 opus habuerit. Ois sermo spure⁹ ex ore vestro ne pcedat,
 sed si qs est bonus ad ædificationē, q̄ties op⁹ est, vt det gra
 tiam audientib⁹: & ne contristetis spiritū sanctū dei, per
 quē ob signati estis in diē redeptiōis. Omnis amarulentia,
 & timor, & ira, & vociferatio, & maledicētia tollat a vos
 bis cū omni malicia. Sitis autē inuicē alius in aliū comes,
 misericordes, largientes vobis inuicē, quēadmodū & de⁹
 p Christū largit⁹ est vobis.

CAP. V.

hoc annota

Ro. 6.

Col. 3.

Heb. 12.

1. Pe. 2.

Za. 8.

Psal. 4.

Ia. 4.

1. Pe. 4.

Col. 3.

AD EPHESIOS.

Iritis igitur imitatores dei, tamquam filij dilecti, & ambuletis Io. 1.
 in dilectione, quemadmodum et Christus dilexit nos: & 1. Io. 4.
 tradidit semetipsum, pro nobis oblationem ac victimam deo in
 odorem bone fragrantie. Caterum scortatio, et omnis immundicia,
 aut auaricia ne nomine quidem intus vos, sicut decet sanctos:
 aut obscenitas, aut stultiloquiū, aut urbanitas, quæ non con-
 ueniunt, sed magis gratiæ actio. Nam hoc scitis quod omnis scor-
tator, aut immundus, aut auarus, qui est simulachrorum cultor,
non habet hereditatem in regno Christi & dei. Ne quicquam vos
 decipiat inanibus sermonibus. Propter hæc enim venire solet Col. 3.
 ira dei in filios inobedientes. Ne sitis igitur cōsortes illorum. E-
 ratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filij luz-
 cis ambulate (nam fructus spiritus situs est in omni bonitate &
 iusticia & veritate) probantes, quid sit acceptum domino: &
 ne commercium habueritis cum operibus in frugiferis tenebrarum,
 quin ea potius etiam arguite. Nam quæ secreto fiunt ab istis
 turpe est vel dicere. Sed omnia dum procedunt a luce manifesta
 fiunt. Nam quicquid manifestum redditur, lumē est. Quapropter
 dicit: Expergiscere qui dormis, et surge a mortuis, et il-
 luscet tibi Christus. Videte igitur quomodo circumspecteambu Col. 4.
 letis: non ut insipientes, sed ut sapientes, redimētes occasionē,
 quod dies mali sint. Propterea ne sitis imprudētes, sed intelli-
 gētes, quæ sit voluntas domini. Et ne inebriemini vino, in quo Ro. 12.

B ii

EPISTOLA PAULI.

Tess. 4. xus est, sed impleamini spū, loquētes vobismetipīs p psal
mos et hymnos, et cantioēs spirituales, canētes ac psallētes
in corde vestro dño gratias agentes semper de oñibus, in
1. Co. 11. nomine dñi nostri Iesu Christi, deo & patri. Subditi vicif
Co. 3. sim alius aliq cū timore dei, Vxores pprijs viris subditæ si
1. Pe. 3. tis, veluti dño: quoniā vir est caput vxoris, quēadmodū
& Christ⁹ est caput ecclesiæ: & idē est, q salutē dat corpī.
Itaq; quēadmodū ecclesiā subdita est Chro, sic & vxores
suis viris subditæ sint in oibus. Viri, diligite vxores vras,
sicut & Chrs dilexit ecclesiā, & semetipsum exposuit pro
ea vt illā sanctificaret, mundatā lauacro aquæ per x̄bū, vt
adhiberet eā sibi ppi gloriosam, ecclesiā, non habentē mac
culā, aut rugā, aut qcquā eiusmōi, sed vt esset sancta et irre
phēnsibilis. Sic debēt viri diligere suas vxores, vt sua ipor
corpa. Qui diligit suā vxorē, seipm diligit. Null⁹ enī vnq
suā ipsius carnē odio habuit: imo enutrit, ac fouet eā, sicut
& dñs ecclesiā. Quoniā mēbra sum⁹ corporis eiusdē, ex
carne eius, et ossib⁹ ei⁹. Huius rei grā, relinqt hō patrē ac
matrē, & adiūget vxorī suæ, atq; e duobus fiet vna caro.
Gen 2. Mysteriū hoc magnū est, verū ego loquor de Christo &
Matth. 19. de ecclesia. Quāquā & vos singulatim hoc pstate, vt suā
Mar. 10. quisq; vxorē diligit tanquā seipsum, vxor autē vt reue
1. Co. 6. reatur virum

CAP. VI.

AD EPHESIOS.

¶ Ilij, obedite parētibus vestris in dño, nā id est iustum. Exo 20.
Eccle.
 Honora patrē tuū, & matrē, qđ est prāceptū primū 3.
 in pmissiōe, vt bene sit tibi & sis longeu⁹ in terra. Patres,
 ne p̄uocetis ad irā liberos vestros: sed educetis eos p̄ eru-
 ditiōē, et correptionē domī. Serui obedite ijs, qui domī
 sunt iuxta carnē, cū timore, ac tremore, cū simplicitate cor- Col. 3.
Tit. 2.
1. Pet. 2
 dis vestri, tanquā Christo: non ad oculū seruientes, velut
 hoībus placere studentes, sed tanquā serui Chri, facientes
 quæ vult deus, ex anīo, cū beneuolentiā, et seruīētes dño.
 nō hominib⁹: illud sciētes, quod vnusquisq; quod fecerit
 boni, hoc reportabit a deo, siue seruus fuerit, siue liber. Et
 vos dñi eadē facite, erga illos, remittētes minas: sciētes, qđ Ro. 2.
Col. 3.
Act. 10
Iaco. 2
1. Pet. 1
 & vester ipsoꝝ domin⁹ est in coelis, nec p̄sonę respect⁹ est
 apud illū. Qđ superest fratres mei, sitis fortes p̄ dominū,
 perq; potentiā roboris illius. Induite totā armaturā dei, vt
 possitis stare aduersus assult⁹ diaboli. Quoniā nō est no-
 bis lūcta aduersus sanguinē et carnē, sed aduersus p̄cipa-
 t⁹, aduersus potestates, aduersus mūdi dños, rectores tene-
 brarū seculi hui⁹, aduersus spūales astutias in coelestibus.
 Quapp̄ assumite vniuersā armaturā dei, vt possitis resiste-
 re in die malo, & oībus pactis stare. State igiꝝ, lūbis circū-
 cinctis baltheo per veritatē, & induti thoracē iusticiæ, &
 calciati pedibus, vt parati sitis ad euangeliiū pacis, sup omē
 B iij

EPISTOLA PAVLI.

1. **Thes**nia assumpto scuto fidei, quo possitis oīa iacula mali illius
 2. ignita extinguere. Galeāq; salutaris accipite, & gladiū spi-
 ritus, qui est verbū dei, in oīi deprecatiōe & obsecratiōe
 orantes in oīi tēpore, in spiritu, & ad hoc ipm vigilātes
 cū oīi sedulitate & deprecatiōe, p omnibus sanctis & p
 me; vt mihi deī sermo in apertiōe oris mei cum libertate,
 vt notū faciā mysteriū euangelij mei; super quo legatione
 fungor in catēa, vt in eo libere loqr sicut oportet me loq.
 Vt autē sciatis & vos quæ ad me pertinent, quid agā, de
 oīib⁹ vos certiores reddet Tychi⁹ dilect⁹ frater & fid⁹
 minister in domino, quē misi ad vos in hoc ipsum, vt cog-
 nosceretis de rebus nostris, & cōsolaret^r corda vestra. Pax
 fratribus & charitas cum fide, a deo patre, & domino Ie-
 su Christo. Gratia sit cum omnibus diligentibus dominū
 nostrum Iesum Christum cum sinceritate. Amen.

✠ Missa fuit e Rhoma, ad Ephesios per
 ✠ Tythicum, ✠

Lipsiæ ex ædibus Valentini Schumannii
 Anno Domini, M. D. XXII.